

missio, ut fortissimum ducem decebat pugnans multis jam caelis interfectus fuit. *Guicciard. l. 10.*
 Obfessa Buda, erat inter Germanos Duces insignis Reifchachus Suevus. Hujus filius impiger adolefcens, cum ignavitate in aciem prodidisset, sitientemque decertans, spectantem ante alio, atque admirante virtutem patre, à cunctis vel ignotis effusus laudaretur, priusquam se explicaret, à circumfusis Turcis est interfectus. Tum verò Reifchachus casu equitis vehementer commotus, conversus ad alios duces: *Omni, inquit, laude perorandus videtur hic quisquis sit equitum longe fortissimus, ac omnino publici funeris honore tumulandus. Id cum ab omnibus pari pietate probaretur, interfectus filii cadaver est relatum. Pater paulo post cum rigentibus oculis stetit, nihil effatus interit. Sab. Supplem. lib. 24. ex Javio.*

CONJUGUM Repulsam.

Ex Tit. Procorum, & Amoris insani, huc quadam.

MELIUS Atheniensis non ferens repulsam amatoriam Timagora adolefcens, incitato cursu in arcem se proripuit, & de rupibus precipitavit.
 CALYCA Stefichori poema est, in quo mulier quadam nomine Calyca Hyathium adolefcem amavit, atque Veneti illi nubere, supplicavit. Sed cum eam adolefcens despiceret, suspendio vitam finivit in Leucade. *Athen. l. 14. c. 6.*
 SOLON Atheniensis miles, Thesi uxorem Antiopeam Amazonem deperibat. Eam per internuncium allocutus, cum repulsam tulisset, in amnem se precipitavit in Ponto, qui ab ejus nomine Solon dicitur. *Plut. in Thespo.*

Suspicionem impudicitiae.

Vide Tit. Zelotyporum. Item Othionis zelotypa.
 HERODES, Rex Judaeorum, erga Mariam uxorem adeo zelotypus fuit, ut propter eam Josephum patrum occidit: amicis quoque non semel mandaverit, ut si quid sibi humanitatis contingeret, uxorem istam interficerent, ne quis alius ea potiretur. *Joseph. l. 15. Antig.*

Impudicitiam, Adulterium.

DIOMEDES Rex Aetoliae, Tydes, & Deiphilus filius, unus è Ducibus Graecorum, ab Homero tertius virtute post Achillem, & Ajaxem positus, propter adulterium uxoris Aegiale, quae cum Cylloboro Schenchi filio habuit, redire in patriam noluit, concessitque in Apuliam, ubi Adriam condidit, & Argynthiam, & Sipuntem, & Salapiam, ibique sunt Dion medici campi, qui eiecerunt, regione inter ipsam, & Dianam foecum divisa. *Eud. Protr. in l. 18. Logast. de Cir. Det. c. 16.*
 Et hinc tragicae ferunt, cum histerionem suum aliquando una cum uxore sua misceri reperisset, ea causa mulierum genus exolum habuisse, atque in Macedonia fugisse, & Comico verum calumnias. *Giral. de Hist. Poet.*

Repudium.

M. LEPIDUS cum post Sylla dictatoris interitum à Catulo diffensione civili urbe epectus in Sardiniam concessisset, audito à Palea conjugis repudio, mortem obiit. *Sabell. l. 3. c. 5. ex Plin. l. 7. c. 36.*

Raptum.

NINUS Assyriorum Rex, cum Semiramidis amore propter formam admirabilem teneretur, Menoni ejus viro persuadere conatus est, ut illam sponte sibi uxorem donare pollicitus, filiam se ei in matrimonium daturum formol. nomine Solanem. Menon amore conjugis motus, laqueo vitam finivit. *Diodor. Siculus; & Sabell. l. 3. c. 5.*

L. SYLLACUS, Claudii principis gener, maritus Octaviae, ea sibi crepta, dasaque postea Neroni, pra dolore gladio incubuit. *Volat. l. 19. Antrop. ex Suetonio.*

Dejectionem à dignitate.

Duxerat FRANCIS. FOSCARUS Venetus Dux, uxorem secundum loco, priore mortua, ex Nana familia, cum qua diu vixit, & ex qua sobolem quoque suscepit. Verum abrogato illi principatu, publico patrum decreto, satis constat in Foscaras ades revertum illum, intra triduum diem suum obiisse. Quem cum patres publico funere efferré vellent ad Minoritarum templum, uxor nunquam adduci potuit, ut hoc concederet: sibi esse dicens & opes, & voluntatem erga maritum, ut id ipsum praestaret. Tandem per vim domi inclusa est, extractumque cadaver summa pompa claram. *Egnat. l. 4. c. 6.*

Mortis suspicionem.

Julia, C. Caesaris filia, cum adulterio comitis Cn. Pompeii Magni conjugis sui vellem cruce repperit eam pro domum relatum vidisset, territa metu, nequa vis ei esset illata, exanimis concidit: partumque, quem utero conceptum habebat, subita animi consternatione, & gravi dolore corporis, eiecit coacta est: atque ita expiravit, magno orbis decore. *Val. Max. l. 4. c. 6. & Plut. in Pompejo.*

Mortem.

Senatorii viri ordinis C. Plautius Numida, morte uxoris audita, doloris impotens, pectus suam gladio percussit. Interventu deinde domesticorum inceptum exequi prohibitus, colligatusque, ut primam esse occasio fore, scissis fasciis, ac vulnere divulso, constanti dextera spiritum lucis acerbate mixtum ex ipsis praecordiis, & visceribus hausit. *Valerius Maximus l. 4. c. 6.*

Ejundem ut nominis, ita amoris quoque M. Plautius, cum imperio senatus classis sociorum sexaginta navium in Asiam reduceret, Tarentumque appulisset, atque ibi uxor ejus Orestilla, quae illuc cum profecta fuerat, morbo pressa decessisset funera ea, & in rogum imposita, inter officium unguendi, & osculandi, districto ferro incubuit. Quem amici, licet erat, togatum, & calcetum, corpori conjugis junxerunt: ac deinde subjectis fascibus, utramque una cremaverunt. Quorum ibi factum sepulchrum Tarenti etiamnum conspicitur, quod vocatur *offis pistorio*. *Valer. Max. l. 4. c. 6. & Volat. l. 18.*

C. CAESAR Caligula, audita morte Drusilla sororis, justitium indixit: in quo rixisse, lavisse, cenasse cum parentibus, aut conjugis, liberisve, capitale fuit. Ac meroris impatiens, cum repente noctique profugisset ab urbe, transcurritque in Campaniam, Syraculas petit: rursumque inde properè rediit, barba, capilloque promisso. Nec unquam postea, quantifcunque dederet, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per nomen Drusilla degerat. *Sueton.*

PAULINA, uxor Senecae, cum mariti mortem jam imminentem fecerit: ait Seneca, nec meam mortem ferre potest: Cave, ait Seneca, hanc meam mortem amplius ut contumeliosam desitas, neque me minus amasse, vel gloriae meae invideat. *Aufhor vite.*

HERODES Iosphata, uxoris Regillae mortem luxit impotentius, adeo ut picturas, & ornamenta domus coloribus araret, veli pallis tegeter, ac niger esset. Quodam die cum Lucius, qui fustia conatus fuerat Herodi perlinadere, ut lugeret moderatius, pueros videret in fonte adibus vicino lavantes raphandis, rogabat, Cui pariter in Regillae, qui albis radiculis vefcatur in ara domo. Id ubi renunciatum est Herodi, amovit ab adibus funestam speciem, ne apud probos viros traduceretur. *Philostrot. in Sophistis.*

Obfelli à Britannis Secot cum Rege Reuthere, fame coacti eruptionem fecere, sed ab hostibus circumventi ad unum laqueo vita finivere, ne maritis superesse cogerebantur. *H. Boeth. l. 2.*

Caelo AMUNDO Sueonum Rege in acie ab Hadingo Danorum Rege, Gunnilda, ne marito superesse, spiritum sibi ferro eripuit, virumque factu insequi, quam vita deserere praepovavit. Hujus corpus amici sepulture mandantes, mariti cineribus adjunxerunt: dignam ejus tumulorati, cuius caritatem vita praerulerat. *Saxol. l.*

CÆCILIA BARBADICA Veneta, mortuo viro Philippo Vendramino, nec monitis, nec precibus propinquorum ad hunc vesendum aliquo modo impelli potuit: nilloque responso dato, mortua est. *Fulg. & Egnat. l. 4. c. 6.*

FRATRUM Repulsam.

P. RUTILIUS levi morbo impeditus, adeo de fratris dignitate sollicitus fuit, ut in petitione consulatus audita ejus repulla continuo animam efflaverit. *Sabell. l. 3. c. 7. ex Plin. lib. 7. cap. 36.*

Mortem.

HYAM à Leone devoratum, fortes Hyades la mentatione miserabili prosecute sunt, adeo ut macerare vitam finiverint, Deorum demum commiseratione relati sunt stellis. *Pontanus.*

Max Hyadum eborus Eois emergit ab undis, Fratris Hya quas perpetuus dolor invidit astris.

Soro.

Sorores Phaethontis, quae Heliades, & Phaethontides A appellatur, fratrem caelo deturbatum tantis lachrymis deploraverunt, ut Deorum commiseratione in arbores commutate sint. *Ovid. in Metam.*
 ZEANGIRUS, Solymani Turcarum Imp. ex Rosla serva filius, audita, & visa morte fratris Multariae, insidiis nocerca Rosla interfecit, gladio incubuit. *Afan. Centorius lib. 6. combellorum Transilvaniae.*

* Putatio.

Ut est idem quoddam CONSIDERATIO. Unde

PUTARE. PUTABAM.

Vocis, & res usitate apud omnes homines: germen, & radix errorum.

DEFINITIO, ET USUS VOCIS.

Putare prout ad animum refertur, est considerare, opinari mente revolvere, translatum à significatione, quam habet in rebus corporalibus. Est enim proprie putare idem quod refecere, anputare superflua ex arboribus, & cum animo quid revolvis, refecimus mente, quae talia, aut inutilia, & vero, aut verisimilia, cogitatione adheremus. Nonnunquam, & communis pro existimare, & judicare accipitur, neque quidquam familiaris dicitur, quam in omni eventu, qui praeter opinionem contingit, non Putabam, & appellat hoc germen erroris, & stirpem omnis mali. *Joannes David & Sociate Jesu, in particulari libello, quem Putabam inscripsit: ex quo pleraque in hunc locum congestimus.*

Dicti PUTABAM origo.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA.

Memoranda profecto illa Scipionis Africani sententia, non dicendum unquam sapienti, Non putaram. Quam tametsi non semel protulisse potuerit: non dubium tamen, quin illum potissimum primum usurpari, cum occasione errati in disciplinam militarem commisit turpe esse sjebat, in re militari tam vile velamen, tam gravi errori obtexere. Videlicet (ut Maximus ille Valerius inquit) quis explorato, & excusso consilio, quo ferro aguntur, admittit tibi oportere arbitratur summa ratione. Inmemorabilis enim est error, qui violentia Martis committitur. *Val. Max. l. 7. c. 2.*

Hoc autem notatu dignissimum dictum, (infami inquam charadere) Putabam, seu potius, Non putaram; quod Latini, ut videmus, Scipioni majori adscribitur; *Plutarchus in Graecorum Imperatorum Apophthegmatibus*, Iphicrati tribuit. Qui dum aliquando in amicorum, & sociorum agris suum haberet exercitum; nihilominus tamen vallum facere, & fossam fodere voluit. Quam ob causam, cum à quodam parum sortis, & animosus esse judicaretur, respondit: Pessimam esse Ducis vocem, dicere, Non putaram: significans, in rebus tranquillis interdum existere periculum, quod nullus expectasset. Adversus inopinatos casus prospexit suis copiis: ne si quid accidisset, dicere cogereetur; *Non putaram. Plutarchus in Apophthegm. Graecorum.*

Cum igitur Scipio sapienti ne semel quidem ita errare concedit, ut in errati purgationem dicere cogatur, *Non putaram* manifeste declarat, inficitiam, & defectum prudentiam in causa esse, ut quis in infamem illum scopulum imprudens impingat: qua si praeditus fuisset, non errasset tam turpiter, ut illud *Non putaram* quo errori praetere cogereetur. Nam ut in oratione pro Murena prudenter novavit Cicero, Temeritas cum sapientia non commiscetur. Ubi ergo locum habet temeritas, necesse est ibidem sapientiam exulare. Ubi autem exulat sapientia, non possunt non multi, magnique committi errores; nihilque tunc habent errone ipsi, quo suo pudori, ac turpitudini consulant, quam ut suammet ore proprio inficitiam praedant, dicentes, *Non putaram.*

PUTANDI ERRORRES.

Vix ullus in usu quotidiano error committitur, siue in magnis, siue in parvis rebus, qui ex hac Putandi propagine non nascatur: exemplis veritatem astruimus, ac primum.

ERROR GENERIS.

Errorum hic generis appello, quando quis se alicujus pro-

putatio esse putat, vel ab aliis creditur, cujus verè non est. Fingentes aut quodam se esse: majoris lucis gratia, exempla adjungemus.

Quanto tempore parvulus, & inexpertus erat Moyses, putabat se filium esse filiae Pharaonis, eo quod illa ex aquis acceptum in locum adoptasset; sed grandis factus, & rei veritatem comperiens, negavit esse filia Pharaonis filium, atque illo se jure abdicavit: magis (ut inquit Apollolus) eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias aestimans thesauro Aegyptiorum, improperium Chriti. *Exod. 2. ad Hebr. 11.*

CAMBYSES, Perfarum Rex, Smerdem quemdam, insignem magum, adpexit ut fratrem, eo quod & nomen, & vultus similitudo eundem ad vivum exprimerent: dumque errorem putandi nec satis detexit, nec satis cavit, jam regno exutus erat, seque illo Smerdes vestiverat; quietusque possedisset, nisi fraus per Othonis filiam detecta fuisset, deprehensusque Smerdes iste, auriculis privatus, non esse is, qui fuerat creditus. Felicitur itaque dicendus fuisset Cambyses quam prudentior, qui fallaci Putabam plus aequo confusus fuit. *Bapt. Fulgof. l. 9. c. 16.*

Proconsul quidam Romanus cum Siculum quemdam ob F quam nescio causam virgis, securibusque subiectum, sui quam simillimum animadverteret, dicereque mirati fe, quapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam provinciam numquam accessisset: At meus (inquit ille) Romam frequenter accessit. Joco quidem audaciore, quam talem hominem eo loci constitutum decebat, la cessitam matris suae pudicitiam invicem suspicione in matrem Praetoris rejecta, ultus est: sed interim tamen verè, tam ancipiti reortione, rem fecit ambiguum, utrum ipse vel ex patre, vel ex matre Proconsulis ejus faltem aliquo modo vel uterinus, vel germanus esset frater. *Val. Max. l. 9. c. 16.*

HEROPHILUS Equarius, medicus, C. Marium septies Consulium, avum sibi vindicando, ita se exulit, ut colonia se veteranorum complures, & municipia splendida, collegiaque ferè omnia patronum adoptarent. Quinetiam, cum C. Caesar, Cn. Pompejo adolefcem in Hispania oppressio, populum in hortos suos admittisset, proximo intercolumnio penè pari studio frequentia saluatus est, quod nisi divinae Caesaris vires huic erubescenda procella obstitissent, simile vulnus Respubl. accepisset, atque in Equitio acceperat. Ceterum decreto ejus extra Italiam relegatus, postquam ille caelo receptus est, in urbem rediit, & consilium interfecit senatus capere sustinuit: quo nomine, justu patrum necatus in carcere, feras prompti animi ad omne molendum scelus penas pendit. *Ibidem.*

Ita Quidam Octaviae fororis Augusti utero se genitum fingere ausus fuit, suoque loco à nutritio alium fuisse suppositum: videlicet, ut ita penates, & veri sanguinis memoria spoliarentur, & falsi fordida contagione inquinarentur. Sed cum plenis impudente velis ad summum audaciae gradum fertur, imperio Augusti, remo publicae tremis affixus est. *Ibidem.*

Nonne ita quoque repertus est, qui se Q. Sertori filium diceret? Nonne quidam, Cornelio Sylla Republica potente in domum Cn. Afflidionis irrupit, filiumque ejus patriis penatibus expulit, vociferando, non illum, sed se Afflidione esse procreatum; sed iustiore Principe obtinente Respublicam, in publica custodia spiritum posuit. Nonne ita & Mediolani pro Rubria se quadam obtrufit, nihilque ad se H pertinentibus bonis inseruit, nec eia aut tractus illius splendidi testes, aut cohortis Augusti favor defecit: sed in expugnabilis Caesaris constantia irritam nefarii propositi reddidit. *Ibid.*

CONJUGII.

Errorum conjugii intelligimus, quando non solum alter conjugum cum alio contrahit, quam putabat, vel alius ei supponitur, quam cum quo contraxit: verum etiam quando conjugalem, vel eo spectantem insignem actum exercet in alium, quam existimabat, vel etiam in conjugem, alium credens: quod exemplis dilucidius explicabitur.

Patriarcha JACOB, in Mesopotamia Laban avunculo suo septem annis servavit, pro Rachele filia ejus etate minore, sed pulchra valde: & expleto nuptiarum convivio, vespere Laban pro Rachele Liam introducit in thalamum. Jacob vero rem non deprehendente, nisi cum facto manè pro Rachele Liam venit, dixit ille ad foetum suum: Quid est, quod facere voluisti? nonne

nonne pro Rachel servivi tibi? quare imposuisti mihi? Ref- A pondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores antetradamus nuptias. Quo jure hoc fecerit Laban, quidve de hoc dolo sentiendum, nihil hic movco; id enim a scopo meo alienum; sed tantum erroris con- id enim a scopo meo alienum; sed tantum erroris con- id enim a scopo meo alienum; sed tantum erroris con-

erat olim MITHRIDATI, Regi Ponti, pellex, cui nomen Monyme Milefia: Rege eam aliquando sollicitante, missif- que ad eam quindecim aureorum millibus; eousque obti- tit, dum nuptiarum sponsalia fierent, missioque ad se diade- mate Reginam saluaret. Itaque Rex ipse certo circumven- tus errore, quam pellicem, libidinisque mancipium habere putabat, uxorem, & dominam coactus accepit. Neque ta- men ipsa minorem talis conjugii errorem experta est; cum po- stea non semel corporis sui pulchritudinem deploravit, quae sibi pro marito tyrannum, pro nuptiis, & domo praesidium barbarorum conciliaflet: quodque procul a Graecia submo- ta nescio quò, atque relegata, speratis quidem illis bonis quasi per somnium frueretur; veris autem illis esset orbata. Tandem porro Bacchide, Regis emissario, ad illam veni- te, imperanteque ut illa sibi mortem, quam vellet, inferret B facillimam; detractum illa capiti adema aptavit collo, & sese suspendit. Cum autem protinus rumpetur: O ex- crande panne (inquit) ne ad hoc quidem mihi futurus es uti- lis? atque illo projecto, confuptoque, Bacchidi jugulum feri- endum praebuit. Plutarch. in Lucullo.

Errori tum generis, tum conjugii exemplo futurus est Oedipus; quicum esset filius Laii, Regis Thebarum, & Jo- caste, se Polybii Corinthiorum Regis filium credidit; eo quod iustu patris à matris utero in silvas abjectus, à quo- dam pastore, ejus misero, ad Regem Corinthiorum delata- tus, & ab eodem pro filio habitus fuerit: unde & postea tandem in patriam reversus, incognitum patrem occidit. Error vero conjugii, qualicumque, non exiguisse fuit, quando propria matrem ignarus uxorem duxit, & Thebis egra vit. Chil. 1. Cent. 7.

Quare non & SEMIRAMIS adjungatur, impudicissima mu- lier; quae nefandissimum toro conjugali errorem, seu potius nequitiam invecit, & pudoris, jurisque ordine eliminato, uni- versa confecit. Haec siquidem & libidine ardens, & san- guinem sitiens, omnes, quos suo concubitu oblectarat, oc- cidebat: utque privatam ignominiam publico scelere tege- ret; praecipit, ut nulla inter filios, & parentes, discretio, quoad conjugium, servaretur. Tandem, cum eo infania devenisset, ut proprii filii concubitum quasi monitruosum connubium, ex- petere ipsi illi sibi necandam matrem judicavit, quam tam immane flagitium admittendum. Lucul. 11.

Sub erroris conjugii signis & Julianus, cognomento Hosi- pitator, centuriari certa de causa poterit, ut audiemus. Cum enim aliquando summo mane domum reversus, in suo, uxori- que cubili dormientes offendisset parentes; putavit uxorem esse cum adultero, & educto repente gladio, ambos transi- rexit. Re tandem cognita, ubertim flevit; utque com- missi veniam posset promereri, relicta domo, propè fluminis ripam, ubi multi vado transeuntes deperibant, xenodochium posuit, & viatores tecto excipere, & navicula transvestare gratulato coepit: unde & Hospitatoris cognomen obtinuit. Marulus 14.

Quanta etiam mala pepererit Fredegunda, Gallorum Re- gina, error, exemplo patebit. Cum enim à Childerico viro (qui cecidit, quam antea consueverat, à venatione re- versus erat) post tergum velut à blandiente, virgula tan- geretur, dum inclinata se lavaret; arbitrata ipsa id ab adul- tero Landrico sibi factum fuisse (quia virum suum, nec- dum rediisse putabat) eum nomine amantis compellavit: Sed, ut conversa, errorem animadvertit; verita ne viri cri- men ulcisceretur, quod jam detectum esse videbat, ne ipsa moreretur, viri mortem procuravit. Itaque prior ille con- jugii error, in plures, gravioresque errores induxit. Quis vel divinando assequatur calamitates, quae etiamnum ex erro- re conjugii tam spontaneo, quam casuali, exoriantur? Falgof. 1.9. c.9.

Post & animi gratia, sub erroris conjugii titulo, & ille Theodosii Junioris error talis qualis adscribi: qui, tamen non ita rem primariam faciat, eandem tamen suo lepore concinnabit. Cum ille namque remissus esset in rebus imperii ad- ministrandis, adeo ut libellis supplicibus haudquaquam in-

specis subscriberet, neque à forore sua Pulcheria, imperii consorti, admonitus respiceret; istu illum pulcherrime elu- sit. Syngrapham enim illa consecit, quae Theodosius asse- rebat, se Eudoxiam uxorem suam Pulcheria, forori suae ven- dere, ita ut sui juris amplius non esset, sed tota in potestate Pulcheriae. Oblata per quemdam syngrapha Imperator mo- re suo per incuriam subscripsit, redditaque mox illa forori. Accidit, paulo post, ut Eudoxia ad multam noctem cum Pulcheria in cubiculo ipsius de industria, detineretur. Im- perator mandata accessit: sapius vocatam neque venientem jubet adduci. Ibi foror mittit, qui diceret, se mirari valde hanc ab ipso fieri, quando sciret quid inter utrumque per cau- tionem non ita pridem fuisset transactum. Demiranti verò, & haerenti, An non, inquit, hoc tuum chirographum? Non- ne tua conjux mihi abs te vendita? negare non potes; inspicere scriptum, agnosce manum. Hic Imperator erubuit, placide- que admonitus, posthac se cautiorem fore, scribè promisit. Sozom. 1.5. c.9. Nicip. 1.14. c.15.

P E R S O N A E.

Error personae nobis hic indicatur, quando quacumque in re persona illa revera non est, cum qua nobis negotium, quam esse arbitrabamur: sicut superius in Fredegunda Gal- lorum Regina ostensum est; quae amatum suum esse pu- tabat, qui eam à tergo per jocum virgula tangebatur, & erat maritus: ut quibusdam aliis jam dictis exemplis est animad- vertere, errorem quoque personae intervenisse: sed cur in- ter conjuges error ille accidebat, sub errore conjugii recen- suimus.

Salvo dilucidioris historicae veritatis judicio, similis esset error personae, qui Lamech accidisse à quibusdam narratur, cum sacrae Scripturae contextus id non ita disertè sentent. Dum siquidem ob longum senium videndi usum amississet, & ingens venator fuisset, sagittandi que periculis; in venatio- nem duce puero profectus, cum inter arbuta motum quem- dam sensisset; arbitratus illic feram latere, deduci fe eum lo- cum versus, cumque in partem dirigi sagittam curavit: quam cum in feram, ut putabat, emisisset, Cain, affinem suum miserè occidit; qui pra dolore repulsa à Deo perpeffa in infaniam pene delapsus, vitato hominum conspectu, silvas habitatum se mectus, & extorris contulerat. Gen. 4.

Præcedenti historiae illud Ovidii Metamorphoseos ad amulum quadrat, ubi, more Poetico, fingit Cephalum uxorem suam Proctidem pro fera jaculo confixisse. Cum enim ille subinde auram refrigerandi gratia invocare fue- visset, uxor putans eum nympham aliquam advocare in con- jugalis thori injuriam, in virgulis se recondidit: ut inde specularetur, an esset aliqua, Aura nomine, ejus ille cu- piditate impulsus, à se alienaretur. Cephalus autem procul speculans moveri virgula, dum ibidem latere feram existi- mat, jaculo emissio, conjugem imprudens interfecit: ita- que teli vim, quod ipsa marito ob itam Auroræ dederat, ma- ximo cum ipsius viri iustu experta est. Poetae autem verus id describens sic habet:

Fronde levem rursus strepitum faciente caduca, Sam rarus esse feram: telumque volatilis misit.

Ecce duplicatum triplicatumque videmus in hoc eventu t pu- tabam: ita incredibile est, quot quantasque pariat in conjugio difficultates suspicio, & in facile judicando temeritas. Ovid. Metam. 1.7. sub. 28.

Similis satis prioribus duobus est & ille error, qui Gal- tero Tirello, Britanno, dicitur accidisse. Is namque dum ve- naretur, arbitratus se telo eervum perire, Guillelmum seu- denum Britannum Regem, cognomento Rufum, patriem- lem fratrem occidit. Casu quidem sic accidit; sed tamen, H dum putat feram ferire, Regem confixit, & interemit. Fulgof. 1.9. c.9.

Ita quoque infaustum illud putabam Tiberium impium, ut amicum pro hoste confecerit. Dum siquidem per tormen- ta disquisitionem quorundam haberet, ut causam mortis Drusi filii sui cognosceret, intereaque temporis ipsi signifi- catur, Rhodium quemdam, ipsius amicum, quem etiam per litteras vocarat, advenisse: errore factum est, ut id in- telligeret, tamquam si ab his et denunciatus foret, vel fec- lens reus, vel cuius persona ad totam rem, quae inquireba- tur, detegendam esset a pissima. Itaque statum comprehen- dit, & torqueri curavit. Cum autem errorem deprehendisset; ne tam injustè cum amico egisse homines intelligerent, priori errori crudeli addito facinore, suffocavit Rhodium ami- cum jussit. Ecce quam pestilens fœtus ex illo nefando pu- a mi- ne subinde progignitur. Ibid.

Ultimo

Ultimo ORTHONIS praelio adversus Vitellium, cum Julius A Manfuetus, miles Hispanus, pro Othone adversus Vitellia- nos dimicaret, in medio praelio a proprio filio est inte- ruptus, qui in Vitellianorum parte erat. Cuius postea ve- luti hostem cum spoliato; non sine immenso dolore depre- hendit, illum patrem suum esse, & tamque gravi facinoris cau- sam errorem fuisse, utque propositio nostro convenientius di- camus, invenit causam erroris fuisse? non putaram. Ibid.

Proptissimum istud, quod sequitur, est argumenti præ- sentis exemplum: Cum enim olim Mutius Scævola Porcen- nam, Hetruscorum Regem, urbem archissime obsidentem, in ipsius castra ingressus, occidere putavit; alium, Rege ipso splendidius fortasse vestitum, pro Rege peremit. Er- ror in eo consistebat: quòd putaret illum esse Regem. Val. Max. 1.3. c.3.

AGESILAUS, Themistoclis filius, Atheniensis, errorem personae errori Scævole similem profusus commisit: unde & istud à Plutarcho in Parallelis cum exemplo Muti Latini Graecum exemplum confertur. Is siquidem Agesilaus in ca- stris Xerxis, Mardonium quemdam de Regis stipulatoribus, Xerxem ratus esse, interfecit: comprehensusque dexteram igni incit, dicens: Tales funt omnes Atheniensis; in hoc quo- que fortissimi viri facinore cum Mutio Scævola componen- dus. Error autem propositio nostro subserviens in eo erat, quòd putaret illum esse Regem Xerxem, & non erat. Plut. in Parallelis.

Quodam tempore, Darii mulieres invisit Alexander una cum Ephalione: hunc, cum esset eodem ornatu, quo Rex, corpore etiam major, Sylligambis, Darii mater, pro Rege adoravit. Eadem, cum ex nutibus adstantium intellexisset errorem suum, perturbata, denuò saluavit Alexandrum. Tum Alexander: Nihil est, o mater, quòd turberis: nam & hic Alexander est: sentiens amicum esse alterum Alexandrum. Sed error personae erat, quia putabat esse Alexandrum verè, cum non esset. Plut. Apophth. 1.4.

SEMRAMIS, post viri sui Ninii interitum, quia filio suo ad- modum adolescenti perquam similis esset statura, & oris li- neamento; hunc vestra virgum virili habitu, & effigie mentia regnum à Nino relicto ipsa assumpsit, & per errorem pro Rege à subditis est accepta: Regis namque defuncti filium esse putabant: Sabel. 1.3.

LAODICE (quæ in seclere, atque vafritie Semiramidi nihil cedit) uxor Antiochi Regis, interfecto viro, dissimulandi C facinoris gratia, Antionem Antiocho profusum simillimum, in lectulo perinde quasi ipsum Regem agrum collocavit; ad- missumque universum populum & sermone ejus, & vultu consimili fecellit: credideruntque homines, ab Antiocho mortuo Laodice, & natos ejus hinc commendari. Val. Max. 1.9. c.5.

Non profusus abfamili modo, sed meliori jure, & majori cum laude, ac merito, Michol olim, Davidis uxor, satellites Saul pa- tris sui, Davidem ad necem querentes, elusit; statua scilicet pellibus obtecta super lecto ejus disposita, quam & vestimen- tis operuit, ut agroti decumbentis speciem æmularetur: & ve- re Davidem esse putabant. 1. Reg. 19.

D O M I N I I.

Domini error hic intelligitur, non is, quem aliquis verus Dominus in legitimo suo Dominio committit, quales inter- dum sunt infirmi, sed quando quis sibi Dominium aliquod usurpat, quod jure ei non debetur, vel etiam quando quis ser- vit alicui per errorem ut Domino, & verum non est legitimus Dominus sed putat tantummodo esse.

Monstrum hoc (ut Valerius loquitur) Firmo Piceno ve- dendum in amplectendo Tiberio Graccho patre, evidens men- daciū turbulento vulgi errore, amplissima tribunatus pote- state vallatum est. Huic & Smerdem, Cambyfis loco Persa- rum regno se vestientem, adjungeremus, nisi sub errore ge- neris cum recentissimemus. Val. Max. 1.9. c.16.

Fabulosum id quidem fateor, quod de Phaetonte fingitur, sed tamen in eo nobis accommodum, ad quod à Poetis fuit consilium, atque ita fabulosus non erit, neque inutilis ad seria fabulae fructus. In eo autem Domini error em fingimus, quòd historiae speccie, Orbis terrarum, ob male gubernatam Solis quadrigam, incendio consagrans, ignoravit, quid hoc causa, & rei esset: cum errore Domini, Phaeton habenas sibi regendas loco parentis praerumpisset, quorum regimini, cum per atatem, tum propter inartum, & imperitiam, impar erat, putabat se bene recturum: non putabat, mortales se tam te- merarium, tamque inselicem nactus aurigam. Metam. 1.2.

PHAETON jungatur Antiochus Epiphanes dictus, in eo-

dem gradu affinitatis, ob affectatam prædominandi temerita- tem: qui, spoliato templo Jerosolymitano, velociter Antio- chiam regressus, existimabat se, pra superbia, tertiam ad na- vigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum, pro- pter mentis elationem, utque alio loco dicit Scriptura: Cœli sidera contingere est arbitratus. Errorum Domini in eo con- sidero, quòd rerum illarum imperium, & dominatum presum- pserit, quæ sub hominis potestatem non cadunt. Errorumque illum ex ea radice superbia, & vana arrogantia pullulavit est manifestum, quòd ipse fastuosum toro exerceat non vide- rit, aut saltem videre noluerit, se majora se, suisque viribus im- peria sibi adscribere, ac proinde putare, se univera sibi patere debere, tanquam Deo. Hoc enim se putasse testatur, cum tan- dem depressus dixit: Jutum est, hominem subditum esse Deo: & mortalem non paria Deo sentire. Quod & sequens exem- plum declarat. 2. Mach. 5. 1. Mach. 9.

CANUTUS verò Rex Daniae, & Angliæ non minori labo- ravit superbia, & fastu, quam Antiochus; sed plus habuif- se videtur incitiæ, & fatuitatis conjunctum. Is siquidem solio suo juxta litus maris collocato, dixit; Pars ditiosis meæ es, o mare! atque ita imperio meo obtemperare te, æquum est. Mare autem intumescens, & undas appellens, in sinum ipsius aquas elisit. Quocirca ille inde recedens, hu- militer egit: & cruce super corona sua posita, pietati, ac mode- stiae deinceps operam dedit, & in alium profusum virtum muta- tus est. Lycophsenes.

Quemadmodum Ecclesiae usus, ab antiquorum Patrum pia commutatione, tum historias, tum picturas symbolicas habet, non quòd illa, quæ tali pacto representantur, sic accidisse cre- diderit, vel credi velit, sed fuit historico schemate aliò boni sensu mystico significati: quales sunt S. Georgii Dracone in- terempto virginem liberantis, S. Christophori puerum Jesum per undas gestantis, &c. ita est illud propositio presentis conveniens quòd adumbretur hic sanctus qui dum maximo Domi- no mundi servire desiderat, in diaboli servitium incidit: donec præcellens (ut videbatur) hic Dominus crucem, ob crucifixi supremam, ac divinam majestatem, in via, qua transeundum esset, horrefcens atque rugiens, Christum Jesum majorem se Dominum esse respici testatus est. Quo comperito Christo- phorus, relicto diabolo, & mundo, Christo soli, ut summo Domino, sincerè servire, & verè Christum in pectore, & omni exteriori habitu, vitzque conversatione, aliorumque con- versatione, gestare cepit. Ad eo ejusmodi repræsentationes, & secundum personas, & secundum rem fuit historico G ornatu significata, & verè, & pie, & admodum utilis fuit. Quoad nostri tractatus scopum: verè cognoscimus, hunc erro- rem Domini frequenter in mundo committi, quando ho- mines demonis pro Deo deservunt.

A M B I T I O N I S.

Errorum ambitionis hic intelligimus, non ipsum deli- ctum, & quærit honoris, vel gradus cupiditatem: sed (juxta receptum jam nobis erroris sensum) quando quis vel nescit quid ambiat, hoc est, non intelligit, quàm sit hoc à se, suove statu alienum, quod assequi studet, vel non assequi- tur, quod ambiabat. Unde & rectè apud Stoicæm Socrates agebat, Spem malam nihil aliud esse, quam pessimum via- Duceam ad gravissima quæque peccata.

Dum necdum in humilitatis schola eo usque profecissent Apostoli, ut innatum illum mortalibus fastum agnosce- rent, agnitumque calcarent; ambitionis subinde pruritu amburebantur, & igniculis suffumabant. Unde, cum Ja- cobus, & Joannes, filii Zebedæi, interventu sollicitæ, ac sollicitate matris, apud humilitatis magistrum, Christum H à dextris, & sinistris confestim, hallucinantibus mentis lu- minibus, quasi palpantes, ambirent; à Domino audiverunt: Nescitis, quid petatis. Ac si fidat: Nec rem, quam pe- titis, intelligitis, neque, an vobis consultum, atque utile sit futurum, expenditis, immò nec legitimum obtinendi mo- dum tenetis. Matth. 20.

Verè nescivit & ipse Aman, juratus Judæorum hostis, quid peteret, quando secundus à Rege Astuero ambitioni suæ modum non posuit: sed à manifesto totius Judaicæ gen- tis exitio, & occulo Regis interitu, viam sibi ad regni gubernacula munire conatus est. Nam quò majora, sublimioraque tam vano molimine eff machinatus; eo seclidiorem invenit sui ambitus exitum; quando pro Mardochoz propria ipse met cruci est affixus. Esth. 7.

Audientes quidam è Machabæis, quòd Judas, ob res bene gestas, & virtutem bellicam, insignem apud omnes gloriam consequeretur, ejusdem laudis, & gloriæ æmuli, dixerunt inter se

se: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare adversus gentes, quæ in circuitu nostro sunt. Sed error ambitionis involvit eos; & contrarium sunt profus consecuti eventum, quam expectabant. Fugati sunt squidem, cecideruntque duo milia, & facta est fuga magna in populo: sicque gloria ipsorum in confusione, & ignominiam versa est. Nam, quando solo inanis ambitionis impulsu proceditur, neque rectæ rationis, neque iusti imperii, neque maturi consilii norma servatur; quasi Andabatarum more, clausisque quodammodo oculis decertatur.

ALEXANDRI peclus insatiabile laudis, & gloriæ fuit, eoque profundius in ambitionis errore versabatur. Nam Anaxarcho comiti suo, ex auctoritate Democriti præceptoris sui, aliquando referenti innumerabiles esse mundos. Heu me, inquit, miserum, quod nec uno quidem adhuc sum potitus! & verum hoc esse putavit, & se omnibus tandem posse potiri ardebat, si tempus suppetisset. Ita quidam sibi, quidquid perlatent, pollicentur. *Plut. Apophth. 15.*

Eo modo, non minus insana quam tidenda ratione, Empedocles ambitionis errori sese immerit: nam cum Panthiam Agrigentiam à gravi morbo curasset, atque ob id se pene nomine coli animadverteret; immortalitatis, atque famæ studio incensus, Ætnam insiluit, atque medios ipsius in ignes se coniecit. Ita quidam ambitionis æstro perciti, in gehennæ se flammis præcipitant. *Fulg. 18. c. 14.*

Romanus quidam juvenis ad Vespasianum profectus, ut pro impetrata præfectura gratias ageret: quia unguenta olebat, non contentus Imperator eum manu rejecisse, contumeliam quoque adiecit, dicens: Malle allium oboluisse, & insuper literas datæ præfecturæ revocavit. Quo dicto, & facto innuebat; quod quemadmodum nobili genere ortum juvenem lauritia, & terri corporis munditia decet: ita feminæ cultus, atque odoramenta viro dedecori esse. Muliebres enim munditias in viro levitatis, atque impudicæ vitæ indicia esse aiebat. Itaque error ambitionis erat, & in accessu, quod indignè sibi præfecturam molliculus arrogasset: & in regressu, quod jam obtentam amiserit: putabat esse Præfectus. *Fulg. 16. c. 3.*

Error ambitionis, ex rei præsentis frustratione, in Hannone Carthaginensi clarissime elucefcet. Eo namque vecordie processerat, ut, cum pro Deo inter mortales haberi vellet, hoc commento sit usus: complures aves humanarum vocum imitatrices, in obscuro loco conclusas, sonare hæc verba edocuit: Hanno est Deus: quas postea libere ire permisit, existimans se hoc modo immortalitatem assecuturum: sed avicula ad confectum cantum redeuntes, stultam Hannonis cupiditatem, & spem irritam fecere. *Ælian. 1. 12.*

Similis ferè eventus Menecratem medicum vesania simili laborantem elusit. Scripserat enim is aliquando Philippo Macedoni ejusmodi litteras: Menecrates Jupiter Philippo salutem; respondebatque ei Philippus in hunc modum: Philippus Menecrati medico sanitatem; notans eum à cerebro laborare. Porro accidit alias, ut Philippus eum cum aliis aliquot eximiiis viris ad prandium invitaret. Itaque homo vanus cupidissimus gloriæ, mira sibi persuadens, cum evenisset, cæteris mensæ regie accumbere iussis, ipsi mensula soli cum sola accera, & thure apposita est, cum hoc publico erubescentiæ pleno elogio; quod Dii mortalium servulis, non indigerent. Ita interdum, qui sibi Dii videntur, vix digni sunt, qui mortalibus æquiparentur. *Ælian. D. var. hist. 1. 12.*

RUFINI superbum, ambitionisque plenissimum animum, erroreque contrarii profus eventus auctorem, hic optimo iure ponemus, eo quod cum esset alienigena, magus, & humili loco natus, tam optato successu proventus fuerit, ut summus Constantinopoli consecutus fuerit magistratus; tamque ambitiosus, ut & generum conaretur habere Imperatorem, immo & Imperatoriam dignitatem affectaret: nisi inferus capite undecimo partis tercia, occasione putationis membrorum ipsius, de hoc ipso differeremus. *Zosim. lib. 5. Claudian. l. 6. D. Hieron. epist. 3.*

H E R E D I T A T I S.

Errorum hæreditatis appellamus, quando expectata ali- quis hæreditate frustratur; tum etiam, quando hæreditas per errorem ad alienum transfertur. Sed quia in admonitionibus ad caput primum, de errore generis, & ad caput secundum, de errore conjugii in secunda hac parte, & de parte hæreditatis ad spurios, & adulteros translata cum legitimum liberorum injuria, est tractatum, & hic plura non addam.

ESAU pro lentis obsonio, & vili pulmento jus primogeni-

tura, cum prærogativa eodem spectante, Jacob fratri suo natu minori venderat: & tum primam erroris gravitatem E animadvertebat, quando pro edulii iusculo, juris translati vigore, & Jacob primogeniti benedictionem à patre accepit, & temerarius ille nundinator, ac malus jurisperitus re, ac spe omni dejectus est. Putabat siquidem id parum referre, si futurorum prærogativa alienasset, modò præsentis gulæ aviditati utcumque faceret satis. Hoc inane putamen Scriptura facta perstringit, dum sic inquit: Abiit, parvipendens quod primogenitum vendidisset. *Gen. 27.*

CORANUS, spe testamenti, per dolum, Nasicez focero ostentata: moriens nihil præter plorare reliquit. Unde & proverbium illud est ortum:

Corvum delulit biantem,

Chil. 1. Cent. 7.

VELTUS BLESSUS, vir consularis, Regulum præsentem inter hæredes scriptis quia is agrum diligenter curare videbatur: ceterum, postquam scriptus fuit hæres, & medicos hortabatur, ut citò Blasum conficerent, ne diutius ægritudinis molestia laboraret; atque si Blasus peressisset, aperto post ejus mortem testamento, Regulus inter hæredes non inventus, perfidie fuz pœnas luit. Puratæ se cohæredem futurum, sed merito suo mirabiliter est frustratus. *Fulg. 17. c. 9.*

Memorable olim accidit in aliquo Flandria oppido, quod sine personæ cuiusdam nomenclatura ob causas hic referam. Vir quidam non mediocriter opulentus, ita protusè vivis adhuc prolihus bona fide elargitus (putabat siquidem apud gratos hæredes nihil fide defurum) ut ipsi ab inopie contubernio non parum effit metuedum; adeo proles, cum nihil amplius alicujus momenti superesse viderent, cum destituebant. Consilio itaque ab egeitate, artium magistra, accepto; è manu fidelis amici pecuniam non modicam, postredie bona fide restituentiam, mutuo accepit: vocarique ad prandium prolihus, dum servet symposium, parte concepta, à quodam ad portam vocatur pater: ille paucis verbis excipiens nuncium, ad museum festinus contendit, pecuniamque illam versat, & reversat, quasi summam ingentem expediens ei qui fe vocat numerandam. Dumque expedito negotio ad mensam redit, admirantes omnes rogarunt, quid hoc rei esset, quòd ita nummatum adhuc haberent patrem, cum jamdudum exhaustum putarent? O (inquit) charissimi, tamne imprudentem me credidistis, ut omnia vobis in vivis elargirer, & ego postea vel inopiam paterer, vel à vobis cogerer dependere? absit tam imprudens consilium. Superest, superest adhuc portio non contentanda in cista illa, cujus temas confici iussi factus, unam mihi, executoribus testamenti in morte dandam, alteram Pastori, & tertiam maximo è vobis natu. Et quicumque optime de me meritus fuisset censebitur, illam esse habiturus. Ex hoc itaque tempore certatim omnes de parente quam optime mereri studuerunt, adeo ut qui antea ab omnibus deferabatur, in æra toto reliquo vitæ tempore laudissimè, ac liberalissimè habitus fuerit. Illo autem jam vita perfuncto, ad arcam illam thesauri custodem, servato clavium ritu, processum est: que, mox atque aperta fuisset, plus oculorum in illam avidissimè intuentium, quam latentium illic numerorum, & orbiculorum capax fuit. Nihil etenim aliud in ea reperit, nisi præter egregium fustem cum scheda hifce verbis notata: Quisquis fe ita ante mortem in filiorum gratiam despoliat, ut impleat postea egerat; hoc fuisse lumbifragio castigari meretur. Sicque ad pietatem exercendam edociti fuerunt, & propter impietatem, & priorem ingratitudinem optimo iure delusi: ut & [putabam] illos eluderet.

Vide Tit. proximum. THESAURI.

Error thesauri, prout hic intelligitur, accidit; quando vel quæsitum non invenitur; vel habitus indignè subripitur, aut quoquo modo sic perit, ut suum incubatorem frustretur. Atque quemadmodum titulosille cum præcedenti contigens est loci vicinitate; ita quoque naturalifinitate conjunctus est.

Fictio illa proposito præsentis initium dabit, & viam aperiet, quæ solet moralis doctrine gratia narrari, quòd quidam thesaurum (ut putabat) vel suum, quem deposuerat, adhuc reperiturus, vel novum inventurus, pro thesauro reperiret laqueum. Iniqui mammonæ argumento, qui suum herum ad laqueum tandem remittit, cum se ipsius fidei, curæ, ac dominio subduxerit. Quòd & illa five fabella, five historia referri potest; quæ habet: quòd cum quidam thesaurum suum secretò quodam

dam loco repositum vellet videre, videndoque eo (quod factum solebat) se oblectaret, thesauri loco repositus invenit lapides: cuiusmodi deplorandum hunc casum lamentaretur, ab amico responsum est illi: Quòd si ad nihil aliud tibi reconcidias ille thesaurus serviebat, ut illum subinde contempplereris; redi quoties voles, & lapides istos tibi respicere sit volupe: certus, quòd quemadmodum nihil tibi à thesauro hujus surreptione veniet metuedum; ita erit semper, quo tu secure tuo voto fruaris.

Fama olim apud Atheniensem vulgus increbuerat, in Hymetto monte magna auri fragmenta videri; quæ à formicis illis pugnacibus servarentur. Itaque quidam credulissimi, sumptis armis, exierunt, illas expugnaturi. Qui cum reintecta, frustra que sumpto labore redirent in urbem; à cæteris civibus sunt irrifii, illud vulgatum Adagium objectantibus: Aurifabrum te futurum credebas. Cui simile est illud: Carbones thesaurus erant. Ex eventu nimirum ejusmodi desumptum; quo, spe thesauri quis fodiens, & multum defudans, carbones thesauri loco desollos inveniat. Unde rectè Lucianus in Timone, de auro quasi per somnium invento: Vereor, ne expergefactus, carbones reperiam. *Chilid.*

SEMRAMIS Nimi uxor, Assyriorum Regina, olim monumento, quo post mortem recondenda erat, hæc verba insculpenda curaverat: Quicumque Regum pecuniis indigerit, recluso hoc conditorio, quantum voluerit, inde accipiat. Itaque Darius, cum hoc perlegisset, auri cupiditate sepulchrum julit reclusum; in quo nihil pecunie invenit, sed tale scriptum: Nimalus vir effes, ac nummis insatiabilis, mortuorum loculos non movetes. *Plut. in Apoph.*

E V E N T U S.

Eventum erroneum hic describimus, qui fit fallax, & inopinatus, immò directè prahabita spei contrarius; ut qui Solem orientem præstolaretur, & ecce jam videret occidentem.

Tarpeiam virginem Romanam, aquam sacris petiitum extra metum egreclam. Tatus, ut armatos Sabinos in arcem fecum recipere, corrupti, mercedis nomine pactus, quæ in sinistris manibus gerebatur. Erant autem his armilla, & annuli magno ex pondere auri. Loco poticum agrum Sabinorum, puellam præmium flagitante, clypeis obrutam necavit; & petinde quasi promissum, &, quæ levis gestaverant, solvit. Itaque pro armillis, & annulis clypeos, & parmas accepit; quibus oppressa occubuit. Si ita futurum putasset, fuisset prudens. *Val. Max. 1. 9. c. 6.*

Simile proficium, & tantum non idem est, quod jam nunc dicto subicimus. Cum Brennus, Senonum Dux, Ephesum oblideret; Dæmonica mulier aviditate monium, quibus ille cum suis ornatissimus enitebat, urbem ipsam prodidit. Brennus vero, urbem ingressus, tanto auro feminam oneravit, ut dedita opera oppresserit vivam: adeo ut nihil plus illa profecerit, feliciusque perierit, aurigavamine; quam illa Tarpeja, ferri pondere suffocata. Ita diabolus perinde est, utrum animam cuiusquam aperto peccato, vel sicla virtute, trucidet. *Plutarch. in Pa. al. c. 30.*

MIDÆ fabella, tamet si fabella, rem feriam tamen, prædictis quadrante, ob oculos ponit. Cum enim (ut fingunt Poete) concessum ei esset à Baccho, hospitio excepto, ut, quodcumque vellet, optaret: futurus voti compos, optavit, ut quidquid attingeret, auri fieret: sed cum præter mentem cibis, & potus ipso actu in aurum verterentur, sensit, fe stolidè optasse, cumque fe in Pactolo fluvio iussu D Bacchi abluisset, fluvius ille ærenas aureas volvere cœpisse consingitur. Ita dum fe cavari beatos putant, ter miseri sunt. *Metamorph. 1. 11.*

B E L L I.

Multi errores, eventus, errores belli sunt, & è converso: atque ita hic propria quadam bello referemus: nam aliqui infiniti sunt errores bellici, sed non ita proposito nostro servient. Tales autem sunt proprii, qualis erat ille, cujus gratia vox illa, [non putaram], Joriginem traxit quam (ut initio capitis primi partis prime docuimus) in remilitari locum habere non debere Scipio est profectus.

DE MARCELLO, & CRISPINO consulibus agens Polybius, qui se, suumque exercitum in discrimen coniecerat, quòd alio modo citra periculum fieri potuisset, vel non ita temerè attentari; dicit, Imperatorem non debere se ita exponere periculis, ut postea dicere cogatur, [Non putaram.] Et hic proprius est error belli, quem indicamus: de quo dici potest, quòd dicit & Cicero: Turpe est dicere, [Non putaram.] *Pol. l. 10.*

Error belli quoque non exiguus, qui belli præparatione, vel non, vel secus facta, committitur. Quia porro Pisistratus diu se domi continebat, existimabant Athenienses id cum eo facere, ut ab inimicis se tutaretur, à quibus injuria affectus fuerat; ut tandem præsidio reclus, tuto prodiret in publicum. Sed astu hoc usus est; ut dum privatæ salutis studiosè caveret credula multitudo, publicæque oblivisceretur, ipse concessis armis uteretur, non jam ut civis, sed hostis, non ut se regeret, sed ut patriam affligeret; dubium, majore fallendi artefex, quam carnifex crudelior. Saltem [putare] Athenienses in errorem hunc duxit. *Sabell. 1. 3.*

PSYLLI, quia Austrum ventum plus nimio habere intusivum, ut sibi, & sua terræ noxium, sumptis armis, hostiliter profecti sunt, ceu unum aliquem hominem, vel hominum agmen, & non rem quodammodo incorporatam, & invulnerabilem petere. Itaque illi, qui tam stultè bellum uni ventorum intulerunt: magno humanæ mentis ludibrio, sed fortunæ adhuc majore, victi sunt. Turbatis enim Austrino flatu arenis, ad unum omnes perierunt. *Sab. 1. 4. c. 9.*

Eo prælio, quo Romani infeliciter apud Cannas cum Hannibale dimicant, vulnerato Pauli Emilli Consulis equo, qui ob id pedes remanserat, quidam equites, qui ei adstiterant, ab equis descenderunt, ut Consulem in alium equum transferrent: cæteræ autem equitum turma, arbitrati Consulis iussu, atque consilio, primos illos equites descendisse, atque idem omnibus agendum esse, eodem momento omnes ab equis descenderunt; qui error, magna ex parte, ut eo prælio Romani vincerentur, causa fuit. *Putabam* ecce, omnes in errorem istum invexit. Itaque Hannibal descendere equites Romanos conspicatus, ad suos conversus, dixit: Malle se, ut Romani equites hoc facerent, quod jam agere conspiciantur, quam ut vincti ad fe deducerentur. Errore enim compulsi, sibi ipsi equorum opem, quam maximè necessariam habebant, ademerunt. *Fulg. 1. 9. c. 9.*

Errore mirabili Gildonis exercitus, qui magno numero Mastelzeris copias superabat, ab istis nullo effuso sanguine superatus est, & Gildo se in fugam coniecit, ac fratri victoriam tradidit. Belli autem error hic fuit: Cum Mastelzeres contra fratrem suum Gildonem, qui ab Honorio Cæsare defecerat, esset in Africa dimicaturus; priusquam manum confereret, blandè milites in prima fratris acie alloquebatur: ac cum Gildonis vexillifero atrocissimè cæteris responstanti gladio Gildonis amputasset, & vexillum in terram cadente: ultima Gildonis acies, eò quòd Mastelzerem alloquentem viderant, neque amplius vexillum à vexillifero regi putabant, primam illam aciem, quæ tota Romanis legionibus constabat, Mastelzeri, tanquam Honorii Duci, deditonem fecisse, atque ipsi sum inclinato vexillo (quemadmodum eo tempore agendi mos erat) declarasse. Itaque à potiori exercitus parte fe desertam rata ultima acies, in fugam fe dedit, sicque omnes eorum exemplo. Ecce, quomodo illud insullum [putabam] torum illum exercitum in errorem, in fugam, & in deditonem victoriæ impulit. *Ibidem.*

Non ab similibus admodum error adiegit Belisarium Patricium, ut urbem Romam amitteret: nam cum Totila, Gothorum Rex, urbem obsideret, & Belisarius per amnem ferre obsessis opem vellet, interim dum feliciter munimenta oppugnat, quæ Gothi in medio Tiberi constituerant: perlato ad eum nuncio, Ilaacium à Gothis captum esse, quem ipse in Portu urbe, ad mare, præsidio uxori reliquerat: credidit Ilaacium capi non potuisse, nisi urbs quoque ipsa, Portus nimirum, esset amissa. Itaque nuntii atrocitate attonitus, nulla re ultra petita, ut quomodo gestum illud esset, quòd nunciabatur, certior fieret: omnia victoria, quam pene manu tenebat, retro ad Portum fe convertit, eo animo, ut vel illic occumberet, vel amissa recuperaret. Postquam eò pervenit, incolunt reperta urbe, intellexit, Ilaacium idcirco captum fuisse, quòd contra ipsius imperium, ut cum hoste congrederetur, eruperat. Agnovit igitur ingentem errorem, in quem delapsus erat: dum malè intelligendo, & putando quòd non erat feliciterceptum certamen, in Roma obsessis subsidium, temerè, ac frustra omisit: tantumque dolorem ex eo concepit, ut pene ob id vitam amitteret. Duplex in hoc unico exemplo error belli commissus est: quando præter jam dictum Belisarii errorem, etiam Ilaacius ipse, putans fe rem præclare gesturum, contra Belisarii imperium, urbe sibi commissa, cum hoste dimicaturus, excessus quòd & Belisarium in errorem induxit, existimantem illum in civitate

civitate captum, atque ita & urbem amissam: adeo ut & A Belisarius dicere poterit, Non putaram illum urbe egressum: & Iliacius, Non putaram mihi male cessuram eruptionem. Ibidem.

DISCIPLINÆ MILITARIS.

In eo præsertim hic error consistit, non quotiescumque aliqui contra disciplinam militarem committitur; sed quando quis aliquid agit, quod ad illam pertinere existimat, & potius est eidem impedimento: ut etiam, quando inopia, & incongruitas militiæ a Duce committitur, sub militis disciplinæ specimine, velamento, & titulo; & est profusus contrarium, ac disciplinæ perniciës: tamen si quoque alterius adhuc generis errores subintelligi hic non vetamus.

Parva de Philistæis per Jonatham filium Saul Regis insigni victoria, & populo Israël, antea palabundo jam iterum in unum collecto, & per hanc victoriam redanimato; Saul (nescit quo spiritu) in speciem tamen disciplinæ militatis, adjuravit populum, præconis voce edicens: Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit univertus populus panem. Jonathas autem, ejus edicti ignarus, extendit summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in farum mellis, B quod erat super faciem agræ, & comedit, & illuminati sunt oculi ejus: nam & ipse, & omnis populus defecerat præ indigna. Cùmque ab aliis adurationis paternæ, parum paternæ, & confusus fieret, respondit: Turbavit pater meus terram: vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eò quod gustaverim paululum de melle istius: quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit! nonne major plaga facta fuisset in Philistiim? 1. Reg. 14.

Error quidam disciplinæ militaris (sævis tot tamque illustrium victoriarum trophæis) in posticum Judæ Machabæi cum hoste conflictum vitæ est per invidiam bellicæ gloriæ tam eminentis voluisse terere. Quando namque derelictus à suis, & ab hostibus impetitus, cum paucis admodum viris, bellum redintegrando, ita cornu dextrum hostilis exercitus, quod fortius ei videbatur, adortus est, ut illum comtereret, dum in fugam actos avidus infestatur, dedit à tergo vulneri locum, & à cornu sinistro cum incerpente est profligatus. D Disciplinæ militaris speciem, referebat induriam, & cornu validius confringendi, & fusos infestandi aviditas, victorizque ablandiens profectio: sed absoluta disciplina requirebat, etiam tuta timere, multoque magis futura prospicere. Non enim putabat cornu sinistro à tergo sibi structurum infidias, cum dextrum vidisset elidi. 1. Mach. 9.

Par error disciplinæ militaris Romanos ad Cannas involvit, præter illum, qui per Paul. Emili ab equo descensum obortus est. Roman, inquit Plutarchus, étulo cursu in hostem delati, dum urgendo cedentes in medium cocunt; occasionem dederunt Pænis, ut ex utraque parte concluderentur: duobus scilicet quasi Lunæ cornibus Romanos introniferos circumcingendo. Machabæi uno cornu, Romani duobus, à tergo conclusi intercepti, vinctique sunt: summa, Non putaram hoc mali patravit. Plut. in Hannib.

LAMACHUS castigavit aliquando quandam è ducibus, qui in officio suo militari circa disciplinam deliquerat: & cùm ille in sui excusationem diceret, quod pueris vapularis in ore esset solet, in posticum istuc non committam; Non licet, inquit, in bello bis errare. Error enim in bello, mors est. In posticum non committes; in posticum non vapularis, D Stob. serm. 52.

Dum Baptista Fulgofus, Valerium imitatus, Julium Cæsarem moderatæ militaris disciplinæ singulare fuisse exemplum testatur; eadem opera in immoderata agendi ratione non mediocrem disciplinæ militaris errorem subesse declarat: dum videlicet aliquando vel severius frena ardentur, vel laxius remittuntur. Ita enim, inquit, interdum crudelitas bonos milites ad indignationem permovet, ut eos nimis sæva irritet frena. Et de Cæsare loquens; In milite, inquit, non Philosophorum austeritatem, sicut nonnulli duri militaris modestiæ exactores; sed civilem modestiam, ac virtutem ad res gerendas requirebat. Quòd si nimia indulgentia milites ad contumaciam descendisse animadvertisset, aut feditionem in exercitu movere: (quæ militaris disciplinæ mortiferum est venenum) ceu bonus infelior, moderatè frena contraheudo militare imperium sibi vindicabat. Hæc de Julii Cæsaris accurata disciplina, ad cuius objectum, defectus ejusdem disciplinæ in delinquentibus, elucefcit, & redarguitur. Bap. Fulg. l. 2. c. 2.

OPINIONIS.

Error opinionis nostro proposito serviens est, quando res E alter evenit, quàm eventuram aliquis opinabatur: adeo ut quemadmodum omnibus jam dictis, dicendis, excogitandisque erroribus est communis; ita est errori eventus planè conaturalis, ne dicam profusus idem. Quid enim est differentia, aliquid evenire aliter quàm opinabatur; vel male aliter opinatum fuisse, quàm evenierit.

Primus exempli gratia procedat in medium Goliath, qui opinabatur, Davidem humana tantum virtute subitum, mediisque communibus communitum, se contra procedere: eaque opinione fretus, superbè jactabatur, se carnes ipsius daturum escas volatilibus cæli, & bestis terræ; & planè in contrariam partem fors cecidit, cùm David divina fretus potentia ipsimet proprio acinace caput ademir, & carnes ipsius, ac Philistinorum bestis devorandas dedit. 1. Reg. 17.

Ita putabat, & opinabatur Diabolus, se per Christi Salvatoris nostri mortem, quam idcirco ardentissimè stitabat, & procurabat, de universo genere humano triumphaturum; sed ipso opinione sua frustrato, & Christus victus videtur evadit, & de suo victore mortuus triumphavit: Dux vitæ mortuus regnavit vivus. Coloss. 2.

Toto jam animo per occultos oculos meatus Holoserphes conubium Judith combiberat, nihil ut dubitaret, quin illam tam pulchram, tam sapientem, & omnibus modis gratiosam esset habiturus, immò jam nactus esset uxorem; ita opinabatur: sed cum & amore, & vino ebrius, totisque aborsus præ tante felicitatis existimatione jaceret: ab ipsamet Judith ei proprio enim factum est caput, & inanis opinionis putatio veram ei (ut ita dicam) proculd amputationem. Judith. c. 10. & c.

Error opinionis & ille fuit, quando Operarii, qui primi in vineam missi fuerant, videbant novissimis denarium dari arbitrati sunt enim, quòd plus essent accipituri; & cum ad illos est ventum, acceperunt & illi singulos denarios; non habito quidem respectu, quid ipsi sibi ex vana sua opinione pollicerentur: sed quid patrefamilias illis pollicitus fuerat, cum conduceret. Matth. 20.

Ita & Apostoli in primo adhuc tirocinio cum Christo conversantes, opinione sua frustrati sunt quando existimabant, quòd confestim Regnum Dei manisset: itaque quòd illud futurum esset instar aliorum terrenum, atque temporale: item, quando existimabant se spiritum videre; Christum G redvivum, phantasma esse. Sed errorem illum edocti & agnoverunt, & correxerunt. Matth. 24. Luc. 24.

Impoltores hi duo, Eunus Syrus, & Barchochabas Judæus populo quæcumque volebant perfurari, præsertim quæ facultatem humanam superare viderentur in ore inclusam nucem cum sulphure, atque igne gestabant, adeo ut loquentes per sepe flammis verbis mixtas effundere viderentur: quæ arte in magnam apud vulgus existimationem venerunt; ut putarentur divino aliquo numine freti dicere, quæ dicebant. Fulg. 1. 7. c. 3.

ALEXANDER aliquando egregiè, lepidèque prudenti (ut opinabatur) sed majori, meliori que Anaximenis vastamento eversa existimatione deceptus fuit. Cùm siquidem ad Lampacenzæ urbis excidium summo studio ferretur, progressumque extra mœnia Anaximenem præceptorem suum vidisset: quia manifestum videbatur, futurum, ut preces suas ire opponeret: non facturum se quòd petisset, juravit. Tunc Anaximenes, solerter id subodoratus: Peto, H inquit, ut Lampacem diruas. Hæc velocitas sagacitatis, oppidum vetusta nobilitate inclytum, exitio, cui destinatum erat, subtraxit. Putabat, & opinabatur Alexander, Anaximenem petiturum, eidem ut parceret: petivisse ruinam: atque ita manifestum, quia juraverat Alexander, se non facturum, quod Anaximenes, tamen si ejus præceptor, esset postulaturus. Val. Max. 1. 7. c. 3.

CLEOMENES, Lacedæmoniorum Rex, cum septem dierum inducias cum Argivis fecisset tertiam nocte, cum Argivi securius agerent, nihilque profusus per id tempus verentes, in utramque, ut ferretur, dormierunt autem; Cleomenes incautus adortus, magnam eorum numerum cecidit, acque cepit. Cùm autem eum perfidia Argivi arguerent; septem dierum inducias se dixit pepigisse, de noctibus nullam profusus fecisset mentionem. Fulg. 1. 7. c. 3.

HANNIBAL Astros decepti, fugam similians, & vinum mixtum mandragora in caltris suis, sponte relinquens: quod cum avidius ab Afris eporetur, in somnum incidit instar mortuorum

tuorum; & fuga reversus, omnes interemit. Quid errori prætererent, si casti rogati loqui possent, nisi; Putabamus, & opinabamur eum verè fugisse, vinumque sine ullo periculo à victoribus potuisse extrahere circumventi, habetque ad hoc quocumque stragemate circumventi, habetque in omnibus similibus locum error putandi, & opinandi. Pier. in Hieroglyph.

Quid etiam causæ fuit, cur in Cinnam Consullem ejus exercitus apud Comas ita severtit, ut eum, nulla re ante aucta ut certior fieret, interemeris nisi quòd arbitrareretur, Pompejum, adhuc adolefcentem, qui in castra venerat, atque inde clam abierat, Cinnæ opera interfectum esse; Rogatus exercitus, ejus necis auctor, quid diceret, nisi; Putabamus ita esse. Fulg. lib. 9. cap. 9.

Similis error opinionis Prætorianos milites pene eò deduxit, ut Augustinus ipse ab eis occideretur. Nam cum ludos in theatro spectantes arbitrareretur quemdam ex commilitonibus, quem Augustus per apparitorum amoveri jufferat, (equitum enim ordinibus locus ille, ubi conduceret, debebatur) Augusti justis interfectum esse: coorto tumultu, parum ab ipse, quin ipsum Augustum interimerent. Sed remedio fuit; B quòd is, quem interemptum putabant, incolumis repente comparuit. Quid igitur illi quoque, sit tantum facinus per illum errorem opinionis perpetrasset, rogati responderent, nisi; Putabamus? Ibidem.

Sic habet de istis Valerius Maximus lib. 9. c. 9. Cæterum, falsa opinio, nescio an præcipuam injuriam Læris Tolumni, Vejentium Regis, penitus intulerit. Nam cum in tefferarum profpero iadu per jocum collusori dixisset, Occide, & forè legati Romanorum intervenissent; satellites ejus, errore vocis impulsu, interfecendo, fusum ad imperium transtulerunt. Putabamus, hic etiam errori tanti momenti prætereretur: quid etenim aliud dicerent interrogati?

C. CASSIUS error à semetipso penas exigere coegit: tanta est erroris, opinionisque infida temeritas, ac violentia. Cùm enim Titimus centurio ab eo nostrum tempore missus esset, ut specularetur, quoniam in statu res M. Bruti effens quod opinione diutius in ea functione retardaretur, cum ab hostibus interceptum existimans, finire vitam Cassius properavit: cum e contrario & castra hostium capta, & Bruti copia magna ex parte incolumes esset. Putabam, in culpa fuit, quò se ipse occideret. Valer. ibid.

ANACHARSIS Scythæ, quòd Scythæ olei usum non ita nosset, nec apud eos proveniret, videns athletas oleo unctos in se invicem insanire, oleum dicebat venenum insaniam gignens & homines ad insaniam redigens. Aut itaque per errorem opinionis putabat oleum esse causam insaniz; aut certè (quod est verissimum) se id existimare simulabat; ut efficacius insaniam in se mutuo faventium redargueret. Lib. 7. Apophth. 70.

Cùm PHILIPPUS exercitum haberet apud Cheroniam; venit eò Diogenes, & à militibus comprehensus adductus est ad Regem. Qui confpecto Diogene ignoto, iratus, exclamavit: Explorator! Error erat opinionis, quia putabat ita esse. Cui Diogenes, Prorsus, inquit, explorator: nam hoc veni inspecturus insaniam tuam, quò contentus regno Macedonum, aliena captans, temet in discrimen conicis, ne & regno, & vita priveris. Rex admiratus hominis libertatem, justit illum abire liberum. Lib. 3. Apophth. 70.

D Hospes quidam agebat se velle cum Dionysio privatim colloqui: demonstratumque est, quomodo posset præscire, quoniam ipsi molerentur infidias. Rex admisit hominem, justitque dicere, femotis arbitris. At ille, Da mihi, inquit, talentum, ut existimeris à me audisse infidiatorum indicia. Dedit, ac simulavit sese audivisse, admittit hominis commentum. Nam fucus ille vementer infidias erat ad deterrendas infidias. Putabant siquidem infidiari se perendos secrete illo artificio, quod hospes suggererat, ut opinabantur. Sed error hic utilis fuit tum Regi tum subditis, ut & error Philippi Macedonis, quò putabat exploratorem habere Diogenem, quem habuit admonitorum. Apophth. lib. 5. Apophth. 61.

Verum, priusquam titularis errorum strago in exemplorum decursum se importunus ingerat, sub finem hic, tritiorum loco, exemplum constitutum, quod unicum multiplice nefandorum exemplorum putandi, & opinandi referunt est cõcipere in quo, quasi in theatro, contemplari licebit, quàm sceleratum, quàm barbarum, quàmque omnibus modis in extremas orbis oras relegandum sit illud exitium, vel obvia quavis rancia amputandum modiosum, inquam, illud putabam, J

Exemplum autem est tale: Mitylenensis quidam sacrificulus, nomine Macareus, dum in ceremoniis suis festalibus occurreret; duo filii ejus domi relicti patris immolationem imitantur (putabant id siquidem esse laudabile) junior collum præbebat, adultior verò, arguinoso reperto ense, fratrem ad similitudinem vicinæ mastravit. Mater, audito clamore turbata familia, exiit; vidensque trucidatum alterum, alterum enfem recenti sanguine confusus manu tenentem; arrepta ex altari torse, superflitem filium interfecit: putabat non puerili, sed per se spontaneam factam eadem, eade pandam. Macareus accepto tam funefici casus nuncio, relicto sacrificio, quàm potuit farenissimò impetu, & iracundia in ades insiluit, atque trada, quàm in manu habebat, uxorem occidit. Quid & ipse, rogatus causam, aliud dicit, quàm; Putabam tam indignum facinus sic vindicandum; Secretum interim violatè hospitalitatis, & fidei datæ scelus, nefarium hominem, & in hæc mala, & in acerbum tandem mortis supplicium adegerat. Alvar. hislor. lib. 3.

Pures hujus Putationis errores agglomeravit idem auctor cap. 23. libelli sui, ut ea ratione moveat Lectorem ad amputandum funefitum hoc, Putabam, in actionibus omnibus, atque in iidem oculatam adhibere prudentiam, & circumspeditionem doceat. Hæc enim ipsum Putabam, præveniunt, dum rationes omnes animo proponunt, & rationis funiculo metiuntur, ac præmeditantur, quæ evenire, ac consequi valeant, ne postmodum serò sapere cum Phrygiibus dicantur.

Cujus rei elegantem imaginem in Prometheo, & Epimetheo Poetæ expresserunt. Nota siquidem est vetustissima illa fabula, de duobus illis fratribus, hoc saltem utilitatis sub confecto fabellæ velamine adferens, quòd ejusdem intuitu, & imprudentiam istam, quàm tantopere infestantur, effugere, & prudentiam, quàm adeò laudamus & deprædicamus, amplecti doceamus & admonemur, quàm ista mente non pigebit atterere. Refertur hæc autem apud Hesiodum in hac fermè sententiam: Jupiter iratus Prometheo, propter ignem è cælo furtim sublatum, ac mortalibus redditum, cupiensque illi vicem reponere: Vulcanum negotium dat, ut è lato, puellæ simulacrum, quanto maximo possit artificio, fingat. Id simulacrum factum est, singulos Deos, Deaque G monnet, ut ei simulacro suas quisque dotes adjungeret: unde & virgini illi Pandoræ nomen asitum apparet. Hanc igitur omnibus formæ, cultus ingenii: linguæque dotibus cumulata, Jupiter cum pyxide, pulcherrima quidem illa, sed intus omne calamitatum genus occultente, ad Prometheum mittit: is, reculofo munere, fratrem Epimetheum admonet: unde, si quid muneris sese absente mitteretur, ne reciperet. Redit Pandora, persuasoque Epimetheo pyxidem donat. Eam simulacra aperuisset, evolutibusque morbis sensisset Jovis ad hæc dõna, serò nimium sapere cepit. Ubi Hesiodus palam ad adagationem alludens, ait:

Accepti, tactusque malo, tum denique sensisti. Aliter quidem à quibusdam hæc Pandora, & pyxidis fabulosa fallacia concinnatur, ut imprudenter amoto operculo, ceterisque bonis evolutantibus, sola spes in reclusa pyxidis labro hæserit, quæ amillis univertis sola miseris solet superesse: sed ista Hesiodi adumbratio melius cum nostro proposito quadrat. Nam ut in Theogonia Prometheum vaftrum nominat, ac variis instructum consiliis, ita Epimetheum post erratum solummodo sapientem describit. Unde & Pindarus in Pythiis appellat istum è Læror, quasi serò sapientem, quod & ipsa vocabula indicant. Nam Prometheus Græcis cum significat, cui, prius quàm rem aggrediarer, suppetit consilium: Epimetheus verò, cui, te peracta, tum demum consilium in mentem venit. Quo sensu & Lucianus, in quodam dialogo, ex comico quodam citat hunc versiculum, ductum in Cleonem, quòd serò nec nisi confecto negotio, saperet:

Rebus peractis, est Cleon Prometheus. Porro his exemplis adici poterunt quotidiani errores in omni penè argumento, re, occasione, loco, qui maturè prudentiæ, & caute circumspeditionis adminiculo deficiuntur. Dum enim speramus eventum feliciorum, vel successurum aliquid negotium, secus accidit plerumque, quòd comites illos non adducimus; Farraginem autem illorum quisque apud se concipere potest ex utroque, quæ quotidie accidunt, unde manifestum evadit, nihil ferè in univertum erroris privatim, aut publice committi, quod non ex hoc malorum omnium alvo Putabam, tanquam ex equo Trojano, proveniat.